

que marcis convincatur easdem ad tres partes supranominatas dividantur; ubi vero in executione dictorum octo proborum viro-
rum aliqua contentio oriretur, extunc eosdem tales probos viros, qui pro tunc in sede extiterint et ad ea eligerentur, per se et distinctim et ad vnum pilium imponendo nomina quorumcunque octo proborum virorum promans(?) et antea seriatim de ipso pilio excerpta fuerint, iidem tales octo probi viri per dictum modum sortis electi ad prosecutionem huiusmodi factorum previe, et
... antur, ipseque talis nobilis nec litteris regalibus, nec nostris aut aliis quibusvis occasionibus de talibus octavis, in quibus ipsa fassio predictae amonitionis facta fuerit, possit probare, et huiusmodi littere casse, vane, viribusque cariture ipsasque viginti quatuor marcas prefati Vicebanus, Comites, Vicecomites, nobiles Regni ac Iudices nobilium super prefatos nobiles talem, vel tales, qui de premissa sede judiciaria ad premissam satisfactionem et ammonitionem deputatus, vel deputati fuissent, recusarunt vel noluerunt, usque quinde-
cimum diem super possessionibus talium, vel talis, extorquere valeant atque possint, in tres partes similiter inter se dividendas. Ceterum post pululationem et multiplicationem malefactorum et nocivorum hominum taliter extitit determinatum: ut in bienni termino, per nos ad id deputando, quilibet nobilis et homo possessionatus in facie possessionis sue coram mentionatis Iudicibus nobilium, ac duobus nobilibus Regni ad id specialiter exigendis et deputandis, inter Jobagiones suos juratos Assessores eligit; qui scilicet jurati Assessores universos et quoslibet fures, latrones, predones, intoxicatores, fironissas, incantatores, specialiter incendiarios et interfectores hominum, spoliatores viatorum, de medio ipsorum nominare facere, proscribi et extradare debeant; quos proscriptos et criminales malefactores per ipsos juratos extradatos, ipsi nobiles, vel alter eorum coram eisdem juxta eorum demerita interficere debeat et teneatur ibidem in facie sue possessionis prenotate, dictique Vicecomes et prenominati nobiles Regni, ac Iudices nobilium, de rebus ac bonis huiusmodi proscripti non plus nisi unam marcam denariorum de propriis rebus ipsius interfecti habere et similiter inter se ad tres partes dividere debeant; et si res et bona ipsius interfecti se ad ipsam unam marcam non extenderent, extunc ipsa una marca careant; in casu vero, quo huiusmodi nobilis premissa facere recusaret, tunc nos una cum nobilibus Regni universis possessiones et iura possessionaria ubilibet in dictis Comitatibus existentia, occupare possimus atque valeamus, easdem tamdiu conservandi, quousque a Regia Serenitate sibi de remedio seu gratia prouisum fuerit opportuno, hoc specialiter declarato, quod si aliquis nobilium talem proscriptum coram eisdem juxta sua demerita interfici et pena debita plecti non faceret, et eundem absque scitu et sua voluntate abire seu salire retulerit et asseruerit, extunc talis nobilis sexto se nobilibus id asseverare mediante juramento debeat et teneatur, ubi juramentum non deposuerit, tunc viginti marcas denariorum super eundem Iudices antedicti extorquere, quas similiter ad tres partes dividere inter se valeant atque possint. Extitit etiam determinatum, quod nos vel Vicebani nostri, Comitesque vel Vicecomites, ac Iudices nobilium occupationes possessionum nobilium in dictis Comitatibus existentes per litteras Regias, et nostras preceptorias et consuetas ac sub quacunque forma verborum emanatas facere et juxta vigorem earundem procedere non valeant, neque possint, nisi per formam et deliberationem seu dispositionem superius stabilitam seu specificatam. Preterea institimus, quod si